HALPHEN-LOT, *Recueil*, p. xv, hicieron notar la relación que existe entre ambos documentos, esto es, entre el diploma de Luis concedido a Ripoll y el de Lotario a San Cugat, pero la razón que alegan es demasiado simplista: "como ambos han sido otorgados a comunidades de una misma región, y a petición de un monje de San Cugat, se podría objetar que el primero ha servido de modelo al segundo".

Sin embargo, es mucho más común el caso de que un diploma de un monasterio sirva de modelo para una concesión posterior.

Y el señor Abada), conjugando los dos detalles que hemos puesto bajo interrogante, ha hallado acertadamente la solución, esto es: el monje Godmar gestionó para Ripoll la expedición de un privilegio, pero también pidió que se otorgara otro para su monasterio de San Cugat. Y como éste se ha perdido, el señor Abadal intenta su reconstrucción a base del de Ripoll (le 938 y del de Lotario que publicaremos en su lugar correspondiente).

La parte que se refiere a la iglesia de Santa Oliva la reconstruye el señor Abadal a base de las declaraciones de tres ancianos: Godmar, Guillara y Gelmiro, los cuales juran: "quod ipsi viderunt et legi audierunt preceptum s. Cucufati quod dominus Hludovicus, rex Francorum, genitor Leutarii regis similiter Francorum fecit ad confirmandas res ecclesiasticas huic cenobio collatas aut in postmodum concedendas. Et illic . . . resonabat quod supradictus rex Hludovicus confirmabat atque concedebat aecclesiam sánete Olive cum ipso alodio in latitudíne de ipsa Guardia de Bagnariis usque in villa Domabuis, et in longitudine de villa Domenio usque ad M^{um} mare, simul cum ipsis; stagnis, cum decimis et primiciis decimas quoque et primicias uti consuetum est ipsi loco ab antiquis temporibus accipere". El señor Abadal (pp. 185-7) copia los dos documentos de 28 de junio y 3 de julio de 1032 con estas palabras absolutamente iguales, texto reproducido fielmente otras tres o cuatro veces con motivo de un pleito en el que San Cugat defendía sus posesiones "in Kallario", pleito que duró hasta el 19 de julio de 1036.

| In nomine s. et individue Trinitatis. Ludovicus, superna distribuite gratia, rex. Si locis sacris divine maiestati servientium opem conferimus operunam, a bonorum omnium largitore¹ minime diffidimus recompensandum. Qua propter omnium noverit s. Dei ecclesie fidelium nostrorum² tam presentium et futurorum industria, quoniam adiens nostre dignitatis presentiam

quidam monachus cenobii s. Cucuphatis, nomine Godmarus, nostram humiliter expetiit clementiam quatinus cunctas res monasterii s. Cucuphati, quod est situm in loco vocitato Octaviano, octo miliarios distans a Barchinona civitate, quondam concessas vel in postmodum concedendas, nostre regalitatis decreto confirmare dignaremur, quod et fecimus. Concedimus itaque predicto monasterio . . . ecclesiam s. Olive cum ipso alodio in latitudine de ipsa Guardia de Bagnariis usque in villam Domabuis, et in longitudine de ipsa villa Domenio usque ad ipsum mare, simul cum ipsis stagnis, cum decimis et primiciis; decimas quoque et primicias uti consuetum est ipso loco ab antiquis temporibus accipere, concedimus, ut amodo accipiat, teneat et absque ulla retractatione possideat. Alodia etiam ac possessiones alias que retinet per scripturas et tenuit vel alias deinceps adquirere potuerit cum terminis et finibus illorum, cum ecclesiis, domibus, curtis, hortis, terris cultis vel incultis, vineis, pratis, pascuis, silvis, calminibus, molendinis, aque itibus vel reductibus, cum exiis vel regressiis illarum, id est, in comitatu Barch., Ausonensi, Gerundensi³, omnia hec habere permittimus illis, tam iste . . . abba quam et successores eorum sine ulla contradictione teneant et possideant et nomen nostrum defendant. Unde hoc nostre altitudinis preceptum fieri ac prelibato s. Cucuphatis cenobio dare precepimus, per quod predictas res, nemine iure perpetuo inquietante, possideant. Et nullus comes, pontifex, iudex publicus, in predictis rebus habeat potestatem causas distringendi nec rationes exercendi, nec nomines illorum aliquis distringat nec per homicidium, nec per incendium vel raptum nec per aliquod negotium. Et quando abbates decesserint, ipsi cenobite inter se abbatem eligant secundum regulara s. Benedicti. Et ut hec nostre auctoritatis largitio per succedentia observetur tempora, manu propria subter firmavimus, et annulo nostro insigniri iussimus.

Signum Ludovici (*monograma*) gloriosissimi regis.

Odilo notarius ad vicem [Heirici] episcopi atque cancellarii recognovit.

Actum secus castrum quod dicitur Brisacha supra Reñí fluviam viiii." kalendarum septembris, indictione [xi.^a], anuo tertio Ludovico regnante.]

i, largitorem, *Abacial*. — 2, nostrorumve, *Abadal*. — 3, Gerundensi, Orgitanensi, *Abadal*.

16.

938, noviembre 20.

Preciosa otorga al Monasterio unas tierras sitas en Pera-fila.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 58 (n.º nxun), con la fecha de 1069.

A. C. A., Cart, f. 381, n.º 1108.

In nomine Domini. Ego Preciosa [dono] domum s. Cucuphati cenobi vel ad eius servientes, susceptores. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, nullus quoquee gentis imperio, sed propria et espontanea michi elegi michi bona voluntas, ut cartam donacionem tibi fecissem, sicuti et faciô, aliqui [d] de proprietate de térra quod vir meus michi mandavit quando venit ad obitum suum, sic eis ille nobis mandavit; et [est] ipsa térra in comitatum Barch., in Vállense, i[n] terminio Petrafita. Et adfrontat ipsa terra: de orientis in térra (*en blanco*) et de meridie in térra de Senderedo, vel suos eres,

et de occidentis in ipsa via qui pergit ubique, et de circi in terra Moregadol. Quantum in istas adfrontaciones includunt, sic dono vel trado ipsa terra ad domum s. Cucuphati vel trado et ad eius servientes ab integre. Quod si ego donatrice, aut ullus homo qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, aud ego ipso venero, aut filiis meis qui pater suus suscedere debent et ereditare debent, non oc valeat vindicare, sed componam aut componant ad domum s. Cucuphati in duplo cuín omni sua inmelioratione, et anc ista donado firma permanead omnique tempore.

Facía carta donacionis vi¹ kal. dec., [a.] x.º Christo - recnantem regem expectantem.

S + m Preciosa, qui anc carta donacione fecit et firmari rocavit; S + m Vuitiza; S + m ^ Servo Dei "‰.; /K¹ Dago; S + m Randulfus.

X Goddo, qui ista donacione scripsi et ss. cripsi sub die et anuo quod supra.

i, Festo kal., *Cart.* — 2, Filipino, *Cart.*

17.

939. Junio 12.

Ovasio y su mujer dan al conde Suñer el señorío de una propiedad alodial que-poseían en Castellar, reteniendo para sí y sus sucesores el dominio útil a cambio de la tasca que pagarán a su señor.

A. C. A. Monac. perg. San Cugat, n.º 4. Copia de Golteredo, presbítero.

In. nomine Domini. Ego Ovasio et uxori mee Osiana, donatores sumus tibi domno Suniario comite. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoqueagentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea nostra hoc elegimus cum Deo bona voluntas, ut tibi predicto comite cartam donacione fecimus de alaude nostrum proprium quod habemus in comitatu Barch., infra fines vel terminos de kastrum Castellare, sic donamus ipsas terras et ipsas vineas cum ipsos arbores qui infra sunt, fructuosos et infructuosos, simul cum ipsos domos et curtis cum illorum superpositos, in tale videlicet racione quod nos donatores teneamus, vel filiis nostris aut progenia nostra in tua subdicione et senioraticum tibi vel filiis tuis abeamus, et dare faciamus de ipso alaude ipsa tascha, et de nostro iuro in tua tradimus potestate, sicut superius resonat. Et qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus tibi predicta omnia in duplo cum omnem illorum inmelioraciones, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione ii. id. iunii, a. iii.º regnante Leudeico rege, filio Kaloni.

S + m Ovasio; S + m Osiana, qui ista carta fecimus et firmare rogavimus; S + m Bonesind; S + m Adalamiro; S + m Sania; S + m Guallramiro, nos simul in iuinim qui in ista translata et in ipsa priora nomina nostra firmamus.

X Dadus, presbiter, ss. fideliter scripsit.

18.

940;

diciembre 14.

Recesindo, Seniofredo y Adanasia otorgan al Monasterio el alodio que poseían en Palacio Meserata o en "Castanyola", exceptuando la parte que fue de Búlgara.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 31 (n.º xv). — AESBICHEE, *Études*, 29. — GALLARDO, *Del Mogent*, 41.

A. C. A. Cart., f. 339 v, n.º 993.

In nomine Domini. Ego Recesindus et Seniofredus, et Adanasia, femina, donatores sumus a domum s. Cucufati. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullius quoqueingentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea nobis elegit cum Deo bona voluntas, ut carta fecissemus de nostre aulode proprio a domum s. Cucufati, id est, Kasas, curte, et ortos, terras, vel vineas, in rego, in subtus rego, in arboribus ubique invenire potueritis, omnia et in omnibus, sic donamus ad domum s. Cucufati, qui nobis advenit de ienitore vel de ienitrice nostra, vel de nostra comparatione, exceptus ipsa ereditate, qui fuit de Bulgara, et oc quod remanet ab integro. Qui est hec omnia in comitatum Barch., in Vallense, in terminio de Palacio Meserata, vel in terminio de Castaniola in eius terminis ubique invenire potueritis de omnia nostra ereditate omnia et in omnibus sic donamus a domum s. Cucuíati martiris Christi, cum exios et regresios suos, ut quitquit exinde faceré volueris libera, in Dei nomine, abeaş plenam potestatem. Quod si nos donatores, aut ullus orno, qui contra anc donacione venerit pro inrumpendurn, non hoc valeat vindicare, sed cornponat aut componamus hec omnia in duplo cum omni sua inmelioratione, et anc ista donacio firmis et stabilis permaneat omnique tempore.

Faeta donacione x.ºviii.º kal. ienuar., a. v.º regnante Leudovico rege, filium Karlloni.

S+m Recesindus; S+m Seniofredus; S+m Adanasia, qui anc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ecco; S+m Erifonso; S+m Vpla; S+m Melantirus, ss.; S+m Servandus, presbítero, ss.

X Ennega, presbiter, scripsi et ss. cum litteras. super positas in verso vi. sub die et anno quod supra.

19.

941, enero 26.

Ermenisclo, Constantino y Frailo, ejecutores testamentarios de Trasemiro, dan a San Cugal una tierra de la villa de Palou.

til REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 32 (n.º xvi). — AESBICIKR, *Eludes*, 25 y 50.

A. C. A., Cart., f. 344^, n.º 1006.

In nomine Domini. Ego nos Ermenisclus, Costantinus et Froilo, femina, nos simul elemosinarios de qd. Trasemiri donatores sumus ad domum s. Cocofati, que sita est ecclesia in comitato Barch. civitatem. Donamus ibidem terra quod nos tenemus pro ipsa elemosinam, sicut in nostro iudicio obligatum tenemus ad serie condicionis ordinantem iudicem. Et est ipsa térra in comitato

Barch., in Valense vel infra terminio de villa Palaciolo. Qui affrontat ipsa terra: cle partes circi in terra de S.uniario, et abet ibi dexteros nonanta ct vm, et de oriente in vinea que pergit, et abet dextros vii. e medios, et de meridie in ualo cle ipso orto, et abet dextros centum et x., et de oeciduo in via que inde pergit et abet dextros vii et medio. Quod infra istas infrontaciones concludunt et ipsos dextros resonant, donamus ipsa terra ab integrum ad predicto domum s. Cocofati, vel ad eius servientes illic pereniter abendi, tenendi, vel faciendi exinde quod voluerint liberam, in Dei nomine, abeant plena potestate, sicut chanonica hectoritas iubet, propter remedio anime qd. Trasemiro, una cum exio vel regresio suo, a proprio. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, .secl componant, aut componamus ad predicto s. Quocofati, vel ad eius servientes, ipsa terra in duplo cum omni sua inmelioratione, et hanc donacio firmis et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta clonacione vii.º kal. feb., a. v.º regnante Leodovigo rex, filio Karuloni.

S + m Ermenisdu; S + m Costantino; S + m Froilo, femina, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Daco; S + m Mascaron; S + m Julianus; Ss. Ermomirus, subdiaconus, ss.; ^1 Lauricus, ss.

X Altemirus scripsit et ss. sub die et anno quod supra,

Vease el numero 14.

20.

941, octubre 30.

Servando y sus hcrmanos vcnden al conde Suner Iqs heredades que poseian en el termino de Villa Rifd.

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 193, 221. — MAS, *Notcs*, iv, 32-3 (n.º xvñ). — GALLARDO, *Del Mogent*, 51. — MAS, *Notes*, xiii, 55 y 57.

A. C. A. Cart., f. 335, n.º 987.

In nomine Domini. Ego Servandus, et sorores meas Exemosa, femina, Undela, Daniel et Dolze, Fresisclo, Espondia, femina, Esmael, Endolegas, Baldovigo, nos simul vinditores sumus tibi Suniario comite, emptore. Per ista vinditionis nostra vindimus tibi omnes nostras ereditates de nostras terras, et de nostras vineas, et de nostras casas et de curtes, et solo et superposito, et de nostra silva, et de nostro exio, qui nobis aveni[t] per voce parentorum nostrorum, sive per nostra comparatione, vel per quacumque voce. Et est ista omnia quod hic supra resona in comitato Barch., in Vallense, vel infra termine de Villa Riffa; qui affrontant ipsas terras et vineas, et casas et curtes, et solo et superposito, et ipsa silva, ermam et culta, et ortos pomiferos et lapides et erba et ligna, afrontat: de partes circi in terminio de Villa Brucarias, et de oriente in terminio de Villa Maiore, et de meridie in terminio de Alcozi, et de occiduo in terminio de Carotitulo et de Molnelliis. Quantum infra istas infrontaciones indudunt, vindimus tibi predictas terras, ermas et cultas, et vineas, et casas, et curtes et superposito, et silva et erba, et lapides et ligna et omnes nostras por-

tiones quod nos tenemus in nostras potestatem vindimus tibi totum ab integrum, in precio solidos mille, qui manibus nostris accepimus, et de ipso precio apud te emptore nichil remansit. Est manifestum. Quem vero predicta hec omnia que tibi vindimus, sicut supra resonat, de nostro iure in tuo tradimus dominio a potestate, totum ab integrum, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo qui contra ista vinclitione venerit pro inrumpendum, non hoc valeant vindicare, sed componant aut componamus vobis prescripta hec omnia in duplo cum omni illorum inmelioratione, et ista vinditio firma permaneat omnique tempere.

Facta vinditio iii.º kal. nov., a. vi.º regnante Leovico rege, filio Carlonis.

S + m Servandus; S + m Exemosa, femina; S + m Undela; S + m Dolze; S + m Fresislo; S + m Espondia, femina; S + m Esmael; S + m Endolegas; S + m Baldovigo, qui ista vinditione fecimus pariter com unum et firmare rogavimus; S + m Sesegudus; S + m Miro; S + m Numaia.

X Félix scripsi et ss. sub die et anno quod supra.

21.

943, diciembre 29

Guinla, mujer, hace ofrenda al Monasterio de unas fajas de tierra, situada en Palou.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 33 (n.º xvm). — GALLARDO, *Del Mogent*, 12. j

A. C. A. Cart. f. 3466, n.º 1012.

In nomine Domini. Ego Vuinla, femina, donatris sum a domum s. Cucufati. Manifestum est enim quia si placuit animis meis, et placet, ut ad domum s. Cucufati fecisse carta de una fexa de terra, sicuti et feci, que michi aveni de genitores meos, in comitatu Barch., in terminio de Palaciolo; et afronta: de circi in terra de Osili Dansulfo, vel in terra de domum s. Juliani, ibi dextros LX. et VII, de orientis in terra de domum s. Juliani, ibi dextros novem, et ubique sit, et de meridie afronta in terra de Sunlo, femina, ibi dextros i.xx.VI, et de occiduo afronta in istrada publica, ibi dextros x. mino cubitos ii. Quantum infra istas afrontaciones resonat, vel istos dextros includunt, si[c] dono predicta térra a domum s. Cucufati, ub ab odierno die et tempore in potestate s. Cucufati permaneat, vel sui servientibus. Et qui in ista donacione venerit pro inrumpendum, componat predicta térra in duplo cum omnem suam inmelioracione.

Facta donacione iiiii.º kal. ienerii, a. viii.º regnante Leodevico rege, filio Carlone.

S + m Vuinla, que ista donacione feci, et firmare rocavi; S + m Trasovado; S + m Trasemiro; S + in Abila.

X Scluva scripxi et ss. die et anno quod supra.

22.

944> marzo 21.

Danla da a San, Cugat un trozo de tierra y otro de viña situados en Palou o en Granollers de abajo.

REGESTA: MAS, *Notes*, TV, 34 (n.º xix). — GALLARDO, *Del Mogent*, 14.
A. C. A. Cart., f. 341, n.º 996.

In nomine Domini. Ego Danla, donator sum a domuin s. Cucufati. Manifestum est enim quia si[c] placuit animis meis, et placet, ut a domum s. Cucufati carta fecissem de modiata i. de terra et pecia de vinea que michi avenit per mea comparacione, que est hec omnia que ego dono a domum s. Cucufati in comitatu Barch., in terminio de Palaciolo vel de Granularios subteriore. Et afrontat ipsa terra: de circi in vinea de Ziuzlisenda, femina, et de orientis afrontat in terra de Vuiglara filio Deilane, et de meridie afrontat in térra Arutario, et de occiduo afrontat in terra de iam dicto Aruttario; et ipsa vinea afronta: de circi in vinea de Punpulo, femina, et suos eres, et de orientis afronta in vinea de Vuiiaiza, et de meridie afronta in térra de Sericio et suos eres, et de occiduo afronta in vinea de me donatore. Quantum infra istas afrontaciones iam dictas includunt, sic dono iam dicta térra et vinea ad domum s. Cucufati a[t]que manibus trado, ut ab odierno die et tempore in potestate s. Cucufati permanea vel a suis servientibus; et qui in ista donacione venerit pro inrumpendum, vel inrumpere voluerit. maledicat illum Deus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et cum ludas, qui Dominum tradidit, sit ab ea participacione.

Pacta donacione xii. kal. aprel., a. viii. regnante Leudovico rege filio Carlone.

S+m Danla, qui anc donacione feci et firmare rogavi; S+m Arsemiro; S+m Cixila; S+m Eilo.

X Scluva, scripxi et ss. die et anuo quod supra.

23.

944, abril i.

Gúnala ofrece al Monasterio unas casas y corrales con el terreno que poseía cu Caldas, en la villa de Anlane.

A. C. A. Monac. perg. San Cugat, n." S. Orig.

In Del nomine. Ego Gumila donator sum tibi domum s. Cucufati. Certum quidem et manifestum est quia sic placuit animis meis, et placet, nullus quoque agentis || imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc helegi mihi bona volumptas ut tibi domum s. Cucufati cenofia donacionem facere deberem, || sicuti et facio. Do{no} tibi propter Deum et remedium anime patri meo Petroni kasas cum curte et térra qui mihi advenit per donitum, qui est in comitato Barch., in Vallense, || in locum Kaldense, in villare de Anlani.

Et affrontat: de parte orientis in torrente, et de meridie in térra de Baldomare, et de occiduo in via, et de circi || in terra de Blanderico. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic dono tibi ipsas kasas et curte et terra, sicut

superius ressonat, ad integrum, est ma \\ nifestum. Quem vero predictas kasas et curte et terra de meo iure in tuo trado dominio et potestate, cum exio et regressio earum. Quod si ego donator aut \\ ullusque homo qui conthra hanc ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ipsas kasas et curte et ipsa térra in j) duplo cum omnem illorum inmeioracione, et ista donacione firmis permaneat.

Facta donacione die kal. apr., a. viiii. regnante Lodovico rege, \\ filio Karloni Gumila, qui hanc donacione feci et firmare rogavi; S + m Aula; S + m Ansoaldo; S + m Samuel. \\ Ss. Adovigius, presbiter, scripsi et ss. sub die et auno quod supra.

24.

945, octubre 12.

Guisaleco y su mujer otorgan a San Cugat una tierra que poseían en el Valles, en el término de Valldarió.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 34 (n.º xx). — CARRERAS, *Lo Castell de la'Roca*, p. 134.

A. C. A. Cart., f. 3511.', n.º 1033.

In nomine Domini. Ego Guisalecus, et uxori mea Splandonia, donatores sumus a Deum sanctum a domum s. Cucuphati mr. cenobi una pecia de terra qui nobis avenit pro comparacione. Et est in comitatu Barch., in Valense in terminio de Villa Ariulfo; et infronta: de oriente in ipso margine, et de meridie in terra Iniericias, qui fuit qd., et de occiduo in terra Plecios, sacer, de circi similiter. Quantum infra istas afrontaciones includunt donamus adque concedimus ad Deum et ad domum s. Cucuphati. ab integrum, cuius ecclesia fundara est in comitatu Barch., in Vallense, cum exio vel regressio suo propter Deum et remedium animas nostras et amorem celestis patria et amorem oribili gema, ut de ab odierno die et témpora exinde domus Domini onoratus permaneat; <h>abates coque et monaci ibidem Deo servientes suis iuris remanent, laborent, exfructificent, sicut alios suos alodes et munificentis. Si quis contra hanc karta donacione seu mercedem largicionis causa temtaverit vel monstaverit a domum s. Cucufati extraere voluerit, in primis iram Dei incurrat celestis et cum Iudas Scariot, qui Deum tradidi[t] particeps fiat, et a liminibus s. ecclesia extraneus eficiat, et peccatus anime illius sit obligatum qua pro hac recupio et epurgatum et in avantea a domum Domini redantur quacluplum et in avantea ista karta sua habitinea firmitate.

Facta donacione iiii.º id. octub., hanno x.º renante Leodevigo regi, filio

Karloni post obitum Odoni S + m Guisalecus; S + m Splandonia, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Seniofredus; S + m Tedila; S + m Sesecutus.

X Uuidisclus scripxi et ss. cum litteras superpositas in verso vi.º sub die et anno quod supra..

25.

946, septiembre 26.

Senderedo y Elisabet entregan al Monasterio dos viñas, cuatro campos y un herrén situados en los términos de Llissá de Vall y Perafita.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 35, n.º xxi. — AESBICHEB, 20 y 34.

A.C. A. Cart., f. 354 v, n.º 1038.

In nomine Domini. Ego Senderedus et uxori mee Elisabe donatores sumus ad Deum et ad domum s. Cucuphati cenobii alaudem nostrum proprium, terras et vineas quod habemus in comitatu Barch., in Valense, in terminio de Licano subteriore, sive in terminio de Petra Fita, qui nobis advenit istum alaudem per nostra comparacione, sive per indicio quod ego Senderedus obligatum obtineo ad serie condicionas. Et afrontat ipsa una vinea: de orient in térra de Barnardo, monaci, et de meridie in terra de me donatore, et de occiduo in vinea de Sinleva et de circi in via. Et alia vinea afrontat: de orient in ipsa via, sive in vinea de Bonusindo, de meridie in vinea de Senderedo, sive de Pansovara, et de occiduo similiter in térra de Pansovara, sive de Paulo, de circi in vinca de Guanita sive Sinleuva. Et ipse unum campum afrontat: de orientis in ipsa calcada, et de meridie in terra Servo Dei, vel de Tortora, sive de Maria, sive in ipsa Nogaria, et de occiduo in terra domum s. Juliani, sive de Maria, de circi in ipsa via sive in terra de Guitardo. Et alius campus afrontat: de orient in ipsa calcada, de meridie in térra de Paulo, de occiduo in terra Barnardo, monaco, sive de Senderedo, et de circi in terra de Aiuda, sive in ipsa via. Et alio campo, qui est in terminio de Licano, afrontat: de orient in terra Elisava, et de meridie in terra Potamia et de occiduo in terra Uvadamiro, sive Ermenisclo, et de circi in térra Sinlevua, vel suos eres. Et ipso linare, qui est ad ipsa Mata affrontat: de orient in terra Ferrucio vel suos eres de meridie in térra Aiuda, sive Ermenisclo vel suos eres, et de occiduo in terra de me donatore, de circi in terra Escolastica, vel suos eres, sive in térra de Aiuda. Et ipso ferragenale quod emit de Embolado, dono ad domum s. Cucuphati. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sicut superius insertum est, sic donamus adque concedimus ipsum alaudem ad Deum et domum s. Cucuphati ab integre, cum exíio et regressio earum, a proprio, propter Deum et remedium animas nostras, et amore celestia patria et amore orribili geenna, et de ab odierno die et témpora exinde domus Domini honoratus permaneat. Abates quoque et monaci, sive et cannonici ibidem Deo servientes, suis iuris retinent, laborent, et exfructificent, sicut alios suos alaudes et munificentis. Si quis contra hanc cartam donacione seu et mercedem largitionis causa temptaverit, vel monestaverit, ad domum s. Cucuphati extraeré voluerit, in primis iram Dei celestis incurrat, et cuín ludas Scarioth, qui Deum tradidit, particeps fiat, et ab ominibus s. ecclesie extraneus efficiat, et sit ille maleclitus, que Datam et Abiron qui de térra vivos obsorbui, et peccatis anime Senderedus sive Elisabe sit obligatum, quia pro hac rem cupio purgatum, et in antea domum Domini redatur quadruplum, et in antea ista carta donacionis in ómnibus suam habeat firmitatem, et concedo ad domum s. Cucuphati tonna i., cubo i.

Facta karta donacionis vi.º kal. oct., a. xi.º regnante Luduico rege, filio Karoli.

X Senderedus, qui hanc donacione feci et firmare rogavi, ss.; S + m Ato;
S + m Dodus; S + m Deudonatus.

X VITALIS, presbiter, qui hanc donacione scripsit et ss. die et anno quod
supra.

26.

947, marzo 20.

*Los esposos Guadamiro y Sabrosa ofrecen a San Cugat una pieza de tierra
situada en la villa de Palou.*

REGE' STA: MAS. *Notes*, iv, 36 (n.º xxn).

A. C. A., Cart., f. 346, n.º ion.

In nomine Domini. Ego Vuadamirus, et uxor mea Sabrosa. Certum quidem
et manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus coque-
gentis imperio, nec suadentis ingenio, sed ex propria et expontanea nobis elegit
bona voluntas, ut carta fecisemus de nostra terra ad domum s. Cucufati, sicuti
et fecimus, de ii. versanas in longitudine et in amplo i. versana, qui nobis
avenit per comparacione, in comitato Barch., in Vallense, in villa que vocant
Palaciolo. Et afronta: de oriente in via, et de meridie in terra de Adalberto
vel Traserigo, et de occiduo in térra Espetosa et suos eres, et de circi in
terra de nos donatores. Quantum infra istas afrontaciones resona, sic donamus
ad s. Cucufato, propter Deum et remedium animas nostras. Quod si nos do-
natores, aut ullus homo, qui contra anc ista carta venerit pro inrumpendo, cum
ludas Scarioht participacionem accipiat, et en avantea firma permaneat modo
et tempore.

Facta carta vindicionis xiii. kal. apr., a. xi.º regnante Leodovico rege,
filio Carloni.

S + m Vuadamirus; S + m Saborosa, qui ista carta donacione fecimus et
firmare rogavimus; S + m Baldofredo; S + m Gilafredo; S + m Vivencius.

Ss. Didamus, presbiter, qui ista carta donacione scripsit et ss. sub die et
anno quod supra.

27.

947, mayo 26.

*Goltredo da a San Cugat una viña y tierra que poseía en Tarrasa, cu el lugar
llamado Ruvirano.*

A. C. A. Monac-. perg. San Cugat, TO (of. 28). Orig.

In nomine Domini. Ego Goltredo, donator sum domum s. Cucufati martiris
Christi, cuius baselica fundata est in comitatu || Barch. Manifestum est enim
quia sic placuit animis meis, et placet, ut ad predictum domum s. Cucufati
aliquid de proprie || tatem meam donare deberem, sicuti et faciô. Dono ibidem
vinea mea simul cum aliquid de terra qui michi advenit per mea compara || tione;
et est in comitatu Barch., in terminio Terracense, in locum Ruvirano. Et afron-

tat ipsa vinea simul cum terra: de || parte horientis in vinea de Argimiro, de meridie in terra de Mirabilia, femina, de occiduo in vinea de Vuitiza, et de circi in vi || nea de Mirabilia et filios suos. Quantum infra istas afrontationes includunt, sic dono ad predicto domo ipsa vinea simul cum ipsa || terra ab integrum, ut ab odierno die et tempore plenam potestaiem abeant successores de ipso domo ad abere, tenere et exfructare | secundum regulara auctoritate. Quem vero predicta vinea et terra de meo iuro in vestrum trado dominio et potestatem ab omni in | tegritatem, una cum exio et regressio suo., Quod si ego donator, aut ullusque homo qui contra hac donatione venerit ad inrumpendum || componat aut componam ipsa vinea et terra in duplo cum omni sua immelioratione, et insuper hac donatio firmis permaneat omnique tempore ||.

Facta donatione vii. kal. iunii, a. xi. regnante Ludovico rege, filium Karloni ||.

S+m Goltredo, presbitero, qui propter egritudinem corpori meo scribere non possum, sed sig"nmn impressionis hic feci et hac donatione feci et fir || mare rogavi; S + m Ademiro; S + m El Perico; EIAFRICUS, pbr., ss.; Ss. Aianricus, pbr. 11.

Ramius, presbiter, qui hac donatione scripsit et ss. et die et auno quoque supra.

28.

947 octubre 18.

Guillemundo y su mujer otorgan al Monasterio el alodio que fue de sus padres situado en el Valles, en el término de Perafita.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 36 ,(n." xxiii). — AESBICHER, *çtudas*, 32.

A. C. A. Cart., f. 3801., n.º 1105.

In nomine Domini. Ego Vuiliemundus et uxor mea Beata. Certum quidem et manifestum est quia placuit animis nostris, et placet, nullius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea nobis hoc elegit bona voluntas, ut kartam fecissemus donacionis de alodem nostrum ad domum s. Cucuphati propter Deum et remedium animas nostras vel de animas de genitores meos, que fuerunt qd., nomine Dulcidius et uxor sua nomine Imilo; et est ipsa terra et vinea in comitatum Barch., in Vállense, in terminio de l'etra Fita; et afrontat ipsa terra et vinea: de oriente in terra vel in vinea de Sendeleva vel de suos heredes, et de meridie in terra de Fruia vel suos heredes, et de occiduo in vinea de Trasemiro vel in terra de Fruia, et de circi in terra Godmare vel de suos eres. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus ad domum s. Cucufati cum exio et regresio suo in ipsa terra ipsa nostra, scilicet, medietate, et ipsa vinea ab omni integritate, propter Deum et remedium animas nostras. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista karta donacionis venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed in primis iraní Dei omnipotentis incurrat, et cum luda Scariot participationem accipiat insuper, et auri libras ni. componat, et inantea ista karta donacionis suam abeat firmitatem modo vel omnique tempore.

Facta ista karta donacionis x.^ov.^o kal. nov., a. x.^oii.^o regnante Leudevigo rege, filio Kaijoni.
S + m Vulfemundus; S + m Beata, qui simul in unum ista karta donacionis fecimus et testes firmare rogavimus; S + m Sedegis; S + m Ermenisclō; S + m Sesecudo; Ss. Senderedus.
Ss. Suniarius, presbiter, qui hanc ista karta donacionis scripsi cum suas literas superpositas in vi. vel vm. vel in yiii.^o fusas et ss. sub die et armo quod supra.

29.

949, abril i.

Justo hace ofrenda al Monasterio de la mitad de unas tierras que poseía en el Valles, en el término de Perafita.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 36-7 (n.^o xxiv').

A. C. A. f. 381, n.^o 1107.

In nomine Domini. Ego Iusto, donator sum tibi domum s. Cucuphati cenobii et susceptore. Manifestum est enim quia sic placuit animis meis, et placet, nullius quoque agentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mea oc elegit cum Deo bona voluntas, ut tibi cartam donacionis fecissem, sicuti et facio, vel aliquit de meum alaude quod pater meus michi mandavit, et ego tibi facio de ipso alaude propter Deum et remedium, anime sue; et affrontat ipsa terra, que tibi dono: de parte orientis in ipsa strada, de meridie et occidentis in ipso exio de villa Petra Fita, de circi in terra de me donatore. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono tibi ad domum s. Cucuphati de ipsa terra ipsa medietate vel ad eius servientes. Et est ipsa térra in comitato Barch., in Vállense, in terminio de villa Petra Fita, ab integre. Quem vero ipsa térra, que tibi dono, de meo iuro in tuo trado dominio et potestatem una vinea cum exio vel regresio suo, ad proprio; quod si ego donator aut ullus homo, qui contra hanc ista karta donacionis seu et mercedem largicionis venerit ad inrumpendum, aut ego venero, non hoc valeat vindichare, sed componant, aut componam tibi ipsa térra in quadruplum, vel ad eius servientes, cum omni sua inmelioratione, et in antea ista karta donacionis, seu et mercedem largicionis firmis * et stabilis permaneat modo vel omnique tempore, qui per ipsa rem cupio videre regnum Dei.

Facta carta donacionis, seu mercedem largicionis die kal. * apr., a. xiii.^o regnante Leudovico rege, filio Kaijoni.
S + m Iusto, qui hanc kartam donacione fecit et firmare rogavi; S + m Eldegiso; X Gumila, diaconus; S + m. Seniofredo.

Ss. Ermemirus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

Sesmiro (?) da a Santa Cruz unas casas del termino de Cervello.

A. C. A. Monac. perg., San Cugat 31. De difficilissima lectura por tener la tinta desvanecida. lin el siglo xviii, cuando quisieron datarlo y hacer un pequeno resumen en el verso, ya no ptidieron leerlo.

In Dei nomine. Ego [Sesemirus], donator sum ecclesie s. Crucis
Manifestum est enim quia || placuit animis meis et placet, nullus quoe[gentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea] || hoc elegi cum Deo bona voluntate ut ad predicto [domo aliquid de] proprietate [mea donare faciam, sicuti et fac] || io. Dono namque ibidem domos meos proprios cum ipsa curte quod abeo in comitatu [Barch., fin terminio de Cer] || vilione, simul cum omnes meos hortos et pomiferos quocl in ipso terminio abeo [vel abere debeo, id est terra] || mea propria quod abeo in predicto terminio iuxta meum domo; qui afrontat: [de parte orientis] || in vinea simul cum terra erema, de parte [occidui in terra de Enzo et de Sigulfo] sive || in terra de iam dicto Sigulfo et in ipso torrente, et de meridie in ipso rio, [de.circi in terra] || de Bulgara vel in mea terra. Quantum in istas affrontaciones includunt [omnia hec dono ad] || dicta domo atque manibus trado, cum omne superpositum vel omnes arbores. || ut ab odierno die et tempore quiete hec teneant et possideant ta | pro beneficium monachi s. Cucufati, tam presentes quam et futuri; in tale [pactione] ut per unum || quodque annum [donec ego] vixero omnem ipsam decimam et tascam donem exinde ad domuni [s. Crucis] | tam ego quam et [futuri]. Post obitum vero nostrum ab integre [remaneat] ad [domum s. Crucis] abeant || illic perenniter abendi tenendi et possidendi, vel faciendi exinde quod voluerint tam presentes || [servientes] quam et futuri liberam, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exios vel re || gressios eorum, a proprio. Quocl si ego doanator, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione ve || nerit pro inrumpendum, aut ego venero, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam || hec omnia in duplo cum omni illorum in melioratione; et advenit mihi hec omnia per mea aprissione, || hec vero donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione xii. kal. nov., a. || xii. regnante Ludovico rege, filium Karloni.

S + m [Sesemi]ro,] qui hanc donacionem || feci et firmare rogavi. Item dono ad ... iain d...ergdo ... a patre et adfirmo cubos n et tonnas ii || area i, exada i, cavazo i, portat[ores m, simul cum [omnia mea] usubilia ab integra cum capras xvi ||; S + m Audefsirus]; S + m Stabile; S + m Encleacio ||.

Xi Indalecius, presbiter et monacus, qui hanc donacione scripsi et ss. sub die et anno quod supra ||.

31.

949> diciembre 6.

Odilo, monje, da a San Cugat unas viñas que poseía en Cervelló, en el lugar llamado Vallirana.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, ii. — MAS, *Notes*, iv, 37 (n.° xxv). — AESBICHER, *Ém-
ées*, 139.

A. C. A. Cart., f. 227 v, n.° 712.

In Christi nomine. Ego Odilus monachus, donator sum domum s. Cucufati martiris. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullius quoqueagentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea michi hoc elegi cum Deo bona voluntas, ut a predicto domo de proprietatem meam donare fecissem, sicuti et facio. Dono namque ibidem modiatia i. et semodiatia de vinea quod abeo in chomitato Barch. in terminio Cervilione, in locum ubi dicunt Valleriana, qui mihi advenit ipsa vinea per donacione, quod michi fecit Sese-
mirus; et affrontat: de parte circi in vinea de Ennego et de Sesemirus in via, et de meridie in territorio de Semiro, et de occiduo in terra de Bulgara. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic dono ipsa vinea ad predicto domo, adque manibus meis eam trado, cum exios et regressios suos, ub ab hodierno die et tempore liberam, in Dei nomine, servientes s. • Cucufati predicti abeant potestatem tam presentes quam ítuuros. Quod si ego donator aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendo, aut ego venero non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam hista vinea in duplo, cum omnem suam inmeliacionem, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione viii.º id. dec., a. x.ºiiii.º regnante Leudovico rege, filium

Karloni.

S + m Odilus, monachus, qui hanc donacione íeci, et firmare rogavi;

S + m Sesemiro; S + m Wadamiro; S + m Ansaldus.

X Endalecius, presbiter, atque monachus, qui hanc donacione scripsi et ss. sub die et anuo quod supra.

32.

950,

agosto 19.

Las hijas de Confruila otorgan a San Cugat la mitad de una tierra alodial que su madre poseía en Palou.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 37-8 (n.° xxvi).

A. C. A. Cart., f. 345, n. 1007.

In nomine Domini. Ego Mondenina, et Columba, Olserga et Felicia, feminas, donatrices sumus tibi domum s. Cucuphati cenobii susceptore. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, nullius quoqueagentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea nostra bona voluntate, ut kartam tibi fecissemus, sicuti et facimus, de aliquit de nostrum alaudem, quod mater nostram nobis concessit, ut donare fecissemus pro anima sua,

sicuti et facimus; et est in comitatum Barch., in Vallense, in terminio de Villa Palaciolo. Et affrontad ipsa terra; de parte orientis in terra Ginsilo, de meridie in terra de Senderedo, vel suos heres, de occiduo in terra Trasemiro, vel suos heres, de circi in terra Vuadamiro, vel suos heres. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus tibi de ipsa terra ipsa medietate, ab integre una cum exio vel regresio sua; abbatis queque vero et monaci ibidem Deo servientes suis iuris retinent, sicut alios suos alaudes, sine blandimentum de ullumque ominem. Quod si nos donatrices, aut ullus homo, qui contra hanc ista kartam donacionis seu et mercedem largicionis temptaverit, aut inrumperit, aut infamare voluerit, iram Dei celestis incurrat et cum ludas, que Dorninum tradiclit, participacionem efficiat, et cum ss. Dei ecclesias extraneus sit, et insuper ita mercedem in quadruplum componat, et sit maledictus, sicut fuit Datan et Abiron.

Facta kartam donacionis, seu et mercedem largicionis x.iiii. kal. stemb., a. xv^o regnante Leodovico rege, filio Karloni.

S + m Mondenina; S + m Columba; S + m Oleserga; S + m Felicia, qui ista kartam donacionis seut mercedem fecimus pro anima de matre nostra Confruile, quoc illa nobis mandavit quanlo ad extremum venit, et firmare rogavimus; S + m Astir; S + m Bladino; Ss. Senderedus, ss.

Ss. Ermemirus, presbiter, qui ista karta donacionis seu et mercedem largicionis scripsit et ss. clie et anno quod supra.

33.

953, julio 23.

Gumila y su mujer otorgan al Monasterio una pieza de tierra de regadío, situada en el término de La Roca del Valles.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 38 (n.° xxvii).

A. C. A. Cart, f. 377, n.° 1093.

In Dei nomine. Ego Gumila, et uxori mea Emilo, donatores sumus tibi a Deum et a domum s. Cucuphati, martir Christi, terra nostra subreganea propter remedium animas nostras, qui nobis avenit per comparatione; et est in comitatum Barch., in Vallense, in termine de ipsa Roka. Et infronta: de oriente in ipso rego, et de meridie in terra de s. Cucuphati, et de occiduo in rego, et de circi similiter, dono tibi iam dicta terra subreganea adque concedo a domum s. illi cenobi quantum in istas afrontaciones includunt, ab integrum, ut in omnibus diebus vite me domus Domini onoratus permaneat. Abatis coque et monaci qui ibidem sum Deo servientes, et in antea possideant, sicut alios alodes et munificencis et fructificent. Quem vero predicta terra que nos donamus ad iam dicto s. Cucuphati de nostro iure in tuo tradimus dominio potestate, cum exio vel regresio suo. Quod si nos donatores aut ullus homo, qui ista donacione venerit ad inrumpendum, in primis incurrat iram Dei et cum ludas, qui Deum tradidi, abeat participacione in sécula seculorum. Amen.

Pacta donacione x.° kal agustas, hano viii.x.° renante Leodevigo regi, filio Karulo.

S + m Gumila; S + m Emilo, qui hanc donatione fecimus et firmare rogavimus; S + m Todalecus; S + m Félix; S + m Ulibanae.
X Widisclus, scripxi et ss. sub die et ano quocl supra.

34.

953, septiembre 17.

Wiliarane y su mujer Mauregata dan a San Cugat parte de su propiedad, consistente en casas y anejos, pero reteniéndolos para sí y para sus sucesores, con la obligación de pagar todos los años al Monasterio un cordero, la tasca y la décima.

REGESTA: MAS, *Notes*, 38 (n.º xxvii). — AESBICHER, *Eludes*, n.

A. C.A. Cart., f. 374, n.º 1081.

In nomine Domini. Ego Wiliarane et uxor mea Mauregata, femina, donatores sumus ad domum s. Cucuphati martir ubi sanctum corpus eius quiescit, in locum que dicunt Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut aliquid de proprietatem nostram donare fecissemus, sicuti et facimus. Donamus ibidem cassas nostras, cum curtes et verdegario, et terra ubi ipsas mansiones residebant; que mihi advenit ad me, Wiliarane, per comparatione, et ad me, Mauregada, per meum decimum. Et afrontat hec omnia: de parte circi in térra de Igilo, femina, et de altano, in ipso riunculo, et abet dextres xv et de altano in térra de nos donatores, et de occiduo in via que pergit ubique, et abet dextres xv. Quantum in istas iii. afrontaciones includunt et isti dextri cartanent omnia hoc donamus ad predictum domum s. Cucufati, et de nostro iuro in potestate hoc tradimus servientes ipsius ecclesie tam presentes quam futuros; in tale videlicet ratione, ut nos et filii nostri et posteritas illorum teneamus istas casas et curtes, et verdegario, et terra ubi ipsas casas residebant in potestate nostra et per unumquisque anum donare faciamus ad domum s. Cucuphati moltone i. aut soldeo i. et fo{ca}cias v. et sextarios i. de vino, et ipsa tasca et ipsa decima, et nullus homo servientes s. Cucufati alium servitium requirere faciant. Et si hoc facere presumpserint, componant nos aut posteritas nostre solidos c., et insuper alium servitium cxinde non abeant nisi quod resonat, et nullus homo sit qui istum alaudem excamiare aut venundare posit in istum conventum superscriptum; sic donamus istum alaude ad domum s. Cucufat cum exio vel regresio suo. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui contra hanc donatione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeamus vindicare, sed componat aut componamus hec omnia suprascripta ad domum s. Cucufati, et post obitum nostrum de me Vuiliarane et uxor mea Mauregada filii nostri sint omnes de ipsos abates de domum s. Cucufati, et anc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione x.ºv.º kal. oct., a. x.ºviii. regnante Leudevico rege, filium Karoli.
S + m Vuiliarane; S + m Mauregada, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Vuadamirus; S + m Goltredus; Teudemundus, diaconus, ss.
X Auriolus, presbiter, scripsit ss. die et anno quod supra.

35.

954, mayo 9

U lido y Teuderico, con sus respectivas esposas, y Eugenia, dan a San Cugat unas casas con sus anejos, viñas, tierras y bosque, situadas en Santa María de Llinars, reteniendo para sí y para sus sucesores la propiedad alodial a cambio de la tasca que pagarán todos los años al Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 39 (n.º xxix). — AF.SBICHEE, *Eludes*, 31.

A. C. A. Cart., f. 340 v, n.º 994.

In nomine Domini. Ego Vlido, et uxori mea Arvidio, et Teuderico, et uxori mea Maria, et Eugenia, donatores sumus ad domino Deo et s. Cucufato martiri. Certum quidem manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, nullius quoqueagentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea nostra hoc elegit cum Deo et hona volumptas, ut ad domino Deo et beato Cucufato donacionem fecissemus, id est, casas condirectas, cum solos et superpositos suos, cum curte et orto, et pomiferos, cum arboribus et ferragenales et mediatas¹ v de vineas, et parielatas iii de terras, cultum vel incultum, et ipsa silva qui ibidem est, sicuti et facimus, propter Deum et remedium animas nostras; qui nobis advenit, ad me Ulido, de comparacione, et ad me Teuderico, et Ugenia, de genitores nostros. Et est hec omnia in comitatu Barch., in loco ubi dicunt s. Maria de Linares; et afrontat ipsas kasas et terras et vineas, et ipsa silva, cultum vel incultum: de oriente in domos de Recemiro vel in ipso torrente, et de meridie in ipsa aqua ariga, et de occiduo in torrente de Vuadaldo, et de circii in ipsa strada quod vadit ad s. Maria. Sicut in istas afrontaciones ea concludunt, sic donamus in primis ad domino Deo et ad cenobii s. Cucufati, qui est scimus in comitatu Barch., hec omnia superius scripta, totum ab integrum, cum exios vel regressios illarum, in tale videlicet racione, ut diebus vites nostras teneamus ipsum alodem in nostras potestates, et donemus ipsa tasca a domum s. Cucufati; et post obitum nostrum remaneat in potestate de filiis nostris, et faciant similiter. Quod si nos donatores, aud ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed in primis iraní Dei incurrat, et cum ludas Scarioht porcionem accipiat, et in antea ista donado firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta donacione vii. id. machi, a. x.ºviii. regnante Lodovico rege, filio Carloni.

S + m Ulido; S + m Arvidio; S + m Teuderico; S + m Maria; S + m Eugenia, qui sinuul in unum Deo donacione fecimus et firmare rogavimus; S + rn Salomón; S + m Petrasio; S + m Godmar.

MARULFUS, sacer, qui hec scripsit et ss. che et anno quod supra.

i, moderias, *Cart.*

37.

955, enero 25.

Truitario y su mujer Amada otorgan al Monasterio una "pareliata" de tierra en el lugar llamado Octaviano.

REGESTA: MAS, *Taula*, 291; *Notes*, iv, 39 (n.º xxx).

A. C. A. Cart., í. 22, n.º 59.

In Christi nomine. Ego, Truitarius, et uxori mee, Amada, donatores sumus domum s. Cucuphati martiris. Manifestum est enim quia adplacuit animis nostris, et placet, ut ad predicto domo s. Cucufati cenobii, que est situm in territorio Barchinonense, in locum Octaviano, donare faciamus pareliatam i. de terra sicuti et facio, qui advenit nobis aliquis per comparatione et aliquis per parentorum. Et affrontat ipsa terra: de parte orientis in torrente qui discurrit per imber, et de meridie in ipsa Pinna, et de occiduo in terra de Olderado vel de suis heredes, et de circi in terra de Servo Dei. Quantum istas affrontaciones includunt sic donamus vobis, ad supra nominato domo, ipsa térra sive ad eius servientes, illic perenniter habendi, tenendi, passidendi et excutandi, secundum voluntatem illorum, tam presentí servientes quam eciam et futuri, liberam in Dei nomine habeant plenam potestatem, cum exio vel regressio suo ad proprio. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam ad iam dicto domo sive ad eius servientes, hec térra que ibidem donamus in duplo, cum omni sua inmelioratione, et hac donatio firmis et stabilis permaneat, omnique tempore.

Facta donacione viii. kal. febr., a. i.º regnante Leotario rege filio Ludovici S + m Truitarius; S + m Amada, qui hanc carta donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Erimar; S + m Cixila; S + m Godemar.

TRASIRICUS, levita, qui hanc carta donacione scripsit et ss. die et anuo quod supra.

36.

955. marzo 12.

"Servo Dei" y Marufo dan a San Cugat una viña situada en el término de Perafita, en el Valles.

RBGESTA: MAS, *Notes*, rv, 39-40 (n.º xxxi).

A. C. A. Cart., f. 381, n.º 1106.

In nomine Domini. Ego Servo Dei et Marufus, qui sumus elemosinarii de qd. Sindeleova, donatores sumus domum s. Cucufati cenobii vinea nostra propria vel ad eius servientes. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, nullus quoqueagentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria et espontanea hoc elegit cum Deo bona voluntas at kartam donacionis tibi fecissemus, sicuti et facimus, de vinea nostra propria, que nobis advenit per iudicium quod tenemus obligatum; et est ipsa vinea in comitatum Barch.,

in Vallense, in terminio de Petra Fita. Que affrontat ipsa vinea: de orient in terra s. Cucuphati, de meridie in vinea Vinsilo, de occiduo in vinea Torrera, de circi in strada. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus ad domum s. Cucuphati ipsa vinea vel ad eius servientes, ab integrum. Quod si nos donatores, aut ullus homo, qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindichare, sed componat ad domum s. Cucufati in duplo cum omni sua immelioracione, et in antea ista donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacio iiii.º id. mart., a. i.º regnante Leoteiro rex, filio Leudoic-jo}-rex <fi[lío]>.

X Servo Dei, ss.; P+m Marufus, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m, Cixela; S+m Scluva; S+m Saboridda.

Ss. Ermemirus, presbiter, scripsit et ss. die et anno quod supra.

38.

955, marzo 16.

Mir, conde y marques, ofrece a San Cugat el señorío del alodio que fue de Ovasio y Osiana, situado en Castellar. (Véase doc. n. 16.)

A. C. A., Monacales, perg. San Cugat, n. 4 b (copia casi coetánea).

In nomine Domini. Ego Mirone, comes et marchio, donator sum s. ecclesie Cucuphati cenobii. Magnum mihi gaudium est Deum laudare, et de meis rebus sancta Dei ecclesia honorare atque concedere, audiente predicatione sanctorum Patrum que helemosina a morte liberat anima, cognoscente me peccati macula honustum compunctus divina pietate ut pius et misericors sit mihi Dominus in peccatis meis. Propterea dono atque concedo ipsum alaude qui fuit de Ovasio et de Osiana, quod habeo in comitatu Barch., infra fines vel terminos de castrum Castelar, qui mihi advenit per genitores meos vel per ullaque voce, id sunt, terras et vineas, simul cum ipsos domos et curtes cum illorum superpositos, simul cum arbores fructuosas et infructuosas, ab integre, cum exiis et regresiiis earum, in tale videlicet racione ut teneant filios vel filias suas de Ovasio et de Osiana vel eius progenia et dare faciant ad domum s. Cucuphati ipsa tascha. Et sit exinde domum s. Cucuphati honoratum, sicut et de ceteris alaudibus ecclesiasticis et munificentiiis. Quod si ego donator aut ullusque contra hanc ista donacione venerit pro inrumpendum non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ad domum s. Cucuphati ipsum alaude in duplo cum omnem suam melioracionem, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione xvii.º kal. apr., a. i.º regnante Loutario rege.,

S+m Amalrig; S+m X Miro, comite +, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Ermemirus, qui litteras scit, sed scribere nescit; S+m Ingelbertus.

Ss. Seniofredus, sacer, qui ista donacione scripsit cum litteris fusas vel superpositas in verso iii.º die et anno quod supra.

39.

955, abril 3.

Constantino hace donación a San Cugat de unas viñas situadas en Palausolitar.

A. C. A. Perg. mon. San Cugat, n.º 13. Original. La escritura muy desvanecida.

In nomine Domini. Ego Constantino, donator sum ad domum s. Cucufati modiatia et semodiatia de vinea. [Certum est et manifestum quia] || placuit animis meis, et placet, a nullus quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea mihi elegit cum Deo bona || voluntas, ut cartam donacionis fecisem ad domum s. Cucufati, sicuti et facio, propter Deum et remedium anime [patris et de matre mea]. Et modiatia || et semodiatia a michi advenit per comparacione. Et est in chomitatum Barch., in Vallense, in [termine]de [Palatio Salatan], || in ipsa Buada. Et afronta ipsa vinca: de circi in vinca de Todeberga, femina, et de [oriente in] vinca de Ansulfo, et de meridie. . . . || vel in ipsa via, et de occiduo in vinea de Ansulfo. Et ipsa alia vinea afronta: de circi in vinea de [Ramio (?)]. . . . , de circi [in vinea] || sive de Joanne, de meridie in vinea de Dato, de occiduo in vinea de Ramio. Quantum [in istas] afrontaciones includunt, sic dono ad domum s. || Cucufati modiatia et semodiatia de vinea propter Deum et remedium anime mee, ab integrum, cum exio et regressio [earum, est manifestum.] || Predicta modiatia et semodiatia de meo iure ad domum s. Cucufati trado dominio et potestate. Quod si ego donator [aut])| ullus orno contra hanc ista donacione venerit pro inrumpendum, componat + ipsa vinea+ in duplo cum oírme suam inmelioracionem, || et cum luda Scariot participacionem abeat in inferno inferiori, et in antea ista donado firma permaneat [omni tempore].

Pacta donacione iii." non. aprel., a. i.º regnante Leutarius, filium Leodoici.

S + m Constantinus, qui hanc dona || cione feci et firmare rogavi;

S + m Comparado (?)

Ss. Teudardus, presbiter, scripsi et ss. die et anuo quod supra. ||

40.

955, mayo 7.

Cultumen otorga al Monasterio unas tierras y viñas que poseía en el Castillo de Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 40 (n.º xxxn).—PERAY, *San Cugat*, 105.

A. C. A., Cart., f. 216, n.º 674.

In nomine Domini. Ego Cultumen donator sum ad domum s. Cucufati martiri. Manifestum est enim quia sic placuit animis meis, et placet, ut aliquis de proprietatem meam donare fecissem ad predictum domum s. Cucuphati, cuius basilica sita est in pago Barch., in locum que dicunt Octaviano, qui distat octavo miliario ad Barchinona civitate; dono ibidem ad predicto domo aliquis de meas terras et vineas quod abeo in comitatum Barch., in terminio de castrum Cervilione. Et affrontat ipsa terra cum aliquis de ipsa vinea: de oriente in via, et de meridie in térra vel vinea de me donatore vel de Lezesana vel

filia sua, et de occiduo in vinea de Cristiano vel de Guistrimiro, et de cerci in via; et in alio loco dono ibidem vinea, qui affrontat: de oriente in vinea de Guistrimiro, et de meridie in térra de Ansefredo, et de occiduo in vinea de Ansefredo, et de cerci in vinea de Lezesana vel filia sua. Quantum istas afrontaciones includunt sic dono ad predicto domo vel ad eius servientes, ab integrum, cum exio vel regressio illorum, ad abere vel faceré exinde quod voluerint, in Dei nomine, firme abeant potestatem. Quod si ego donator aut i' llusque orno, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ipsas vineas et ipsa térra ad predicto domo, vel ad eius servientes, in duplo cum- omnem illorum inmeliore, et in antea ista donado firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facia ista donacione non. madii, a. i." regnante Leutarius rex.

S+m Cultumen, qui ista donacione fecit et firmare rogavit; S+m Cixela; S+ni Adroario; S+m Oliba.

X Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub clie et anno quod supra.

41.

955.

El sacerdote Oriol da a San Cugat casas, corniles y tierras situadas en Cervelló y en Vallrana.

REGESTA: MAS, *Notes*, 40-1 (n. xxxiii). — AKSBICHER, *Études*, 25.

A. C. A., Cart., f. 220 v, n.º 682.

In nomine Domini. Ego Auriolo, presbitero, donator sum ad domum s. Cucuphati, cuius baselica sita est in pago Barch., in loco que dicunt Octaviano, quidistat octavo miliario ad Barchinona civitate. Manifestum est enim quia sic placuit animis meis, et placet, nullius quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea mihi hoc elegit cum Deo mea bona voluntas, utad predicto domo carta donacione fecissem de mea proprietatem, sicuti et facio; dono ibidem ad predicto domo casas et curtes, et ortos cum pomíferos, ei terras cultas vel eremas, et vineas; et venit mihi hec omnia de genitore meo, vel per donacione de genitrice mea, vel per mea comparacione. Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de castrum Cervilione. Et affrontant ipsas casas eí ipsa curte et ipso orto que sunt in burgo Cervelione: de oriente in via et de meridie in terra de Spanesindo vel suos eredes, et de occiduo in via, et de circi in casas vel in orto de Adila; et ipsas alias casas cum ipsa curte vel ipsa térra que sunt in Vallirana afrontant: de oriente in térra de Silvia, femina, et de meridie in torrente, et de occiduo in térra de Savesello, et de circi usque in ipso monte; et in alio loco dono ibidem térra et afrontat: de oriente in terra de Savasello, et de meridie in torrente, et de occiduo simi-

liter, et de circi in terra erema; et in alio loco dono ibidem térra et afrontat: de oriente in terra de predicto domo s. Cucuphati, et de meridie in torrente, et de occiduo in terra de Silvia, femina, et de circi pervadit usque in ipso monte; et in alio loco dono ibidem terra in loco que dicunt Osevesa, que affrontat: de oriente et da meridie in terra de Taleisa, femina, vel filiis suis, occiduo in ipsa villa antica, et de circi in terra de Taleisa, femina, vel

filiis suis; et ipsa una vinea que ibidem dono afrontat: de oriente in torrente, et de meridie in terra erema, et de occiduo in via, et de circio in vinea de Vitnara; et ipsa alia vinea, que est in alio loco, afrontat: de parte circio et de oriente et de meridie in rio, et de occiduo in vinea de Baio vel de Juvila; et in alio loco dono ibidem vinea, qui afrontat: de oriente in terra erema, et de meridie in vinea de Desiderio, et de occiduo in vinea de Adilo, et de circio in vinea de Auriolo; et in alio loco dono ibidem orto subreganeo, et afrontat: de orientis in orto de Camparada, femina, vel suos eredes, vel de Ermemiro, et de meridie in orto de Taredo, et occiduo in terra de Bellucio, et de circio in ipso caputrego. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo vel ad eius servientes, ab omne integritate, cum exio vel regressio earum, in eadem videlicet racionera, quia ego et posteritatis mee teneamus et poseidamus, et tascha donare faciamus ad predicto domo vel ad eius servientes. Quod si ego donator, ad ullusque sexus, si masculus vel femineus, qui ista carta donacione pro inrumpendum venerit, aut eam dirumpere voluerit, in primis iram Dei incurrat et a limitibus sancta Dei Ecclesia extraneus efficiat, et cum Iudas Scariot porcionem accipiat, et hoc non valeat vindicare, sed componat aut componam hec omnia superius scripta a predicto domo in duplo cum omni sua inmelioratione, et in antea ista donacione firma permaneat omni-
que tempore.

Facta donacione viii.ºx.º kal. iunii, a. i.º regnante Leotario regi.

X Auriolus, presbiter, qui ista donacione fecit et firmare rogavit, ss.; S + m Ermegille; Ss. Todalehcus, presbiter; Igila, clericus, ss.; Aduulfus, le-
vita ss.
RÉCESINDUS, presbiter, qui ista carta donacione scripsi et ss. sub die et anno quod supra.

42.

955, diciembre 15.

Cultumen hace donación a San Cugat de dos yugadas de tierra y un corral que poseía en el término de Carrosa.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 41-2 (n.º xxxiv).— PERAY, *San Cugat*, 105.

A. C. A., Cart., f. 219, n.º 675.

In nomine Domini. Ego Cultumem, donator sum domum s. Cucufati mr., qui est situs in comitatu Barch. in locum que dicunt Octaviano. Manifestum est enim quia sic placuit animis meis, et placet, nullus quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria et expontanea hoc elegi cum Deo bona voluntate, ut ad predicto domo aliquid de proprietate mea donassem, sicuti et faciõ. Dono namque ad predicto domo terra culta, cum ipsa curte qui ibidem est, pariliatas ii. quod abeo in comitatu Barch., in terminio de Garrosa. Et advenit michi predicta terra cum ipsa curte per mea comparacione. Et affrontat: de orientis in via qui pergit ad domum s. Vincenti, et de meridie in terra de Altemiro vel heredes suos, et de occiduo in torrente, et de circio in terra de me donatore. Quantum infra istas afrontaciones includunt, hec omnia dono atque manibus meis trado ad prefata domo, in ea videlicet racione, ut dum vixero, et

ego et posteritas mea, teneamus et possideamus in subdicionem s. Cucuphati, et per unumquemque annum ipsa tascha fideliter donemus ad iam dicto domo s. Cucuphatis sine fraude et malo ingenio, et non liceat nobis vindere nec ego et posteritas mea, nec donare, nec alienare, vel alium seniore facere, nisi predicto domo s. Cucuphati vel abbates ipse cenobii, aut inter nos, si aliquis ex nobis vindere voluerit, non abeat licenciara nisi ad predictum cenobium, vel ad posteritatem nostram, sicut iuste adpreciatum fuerit a bonis hominibus. Predicta vero omnia de meo iure in eius trado dominio et potestate, sicut supra insertum est, cum exiis et regressiis earum, a proprio. Quod si ego donator aut aliquis homo qui contra hanc donacionem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componam aut componat ad predicto domo servientesque ipsius, sicut superius resonat, in duplo cum omni sua immelioracione, et in antea ista karta donacionis firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista karta donacionis x.viii.º kal. ian., a. ii.º regnante Leutarius rex.

S + m Cultumem, qui ista donacione fecit et firmare rogavit; S + m Sancio; S+m Seniuldo; S + m Servo Dei.

X Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

43.

956, febrero 16.

Salomón y su esposa Revela otorgan al Monasterio unas casas y corrales con algunas tierras, huertos y árboles del término de Gallcchs.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 42 (n.º xxxv).—AESBICHER, *Études*, 50.

A. C. A., Cart., f. 374 v, n.º 1083.

In nomine Domini. Ego Salomón et uxor mea Revella, donatores sumus ad domum s. Cucufati mártir, ubi sanctum corpus eius quiescit, in locum qui dicitur Hoctaviano. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut aliquis de proprietatem nostra donare fecissemus ad domum s. Cucufati, sicuti et facimus. Donamus ibidem casas nostras et curtes cum ipso ferragenale et ipso orto, cum ipsos pomíferos; qui nobis advenit, ad me Salomon, de genitores meos, et ad me Revella per meum decimum. Et est hec omnia in comitatum Barch., in Vallense, in terminio de Gallecus, in ipso alaude. Et afrontant heco mnia: casas, curtes, territos et ferragenale: de circi in via, de aquilonis in ipso exio comune, et de altano in orto de Antuniano, vel in terra de Contardo que vocant Bonusomo. Quantum in istas iii.º affrontaciones includunt, omnia hoc donamus ad predictum domum s. Cucufati, et de nostro iure in potestate oc tradimus servientes ipsius ecclesie, tam presente quam et futuros; in tale videlice[t] ratione, ut nos et filii nostri et posteritas illorum teneamus ista omnia, et per unumquisque annum donare faciamus ad domum s. Cucuphati unum agnum obtimum et fogacias v. et sextarios ii. de vino, et nullus homo serviens s. Cucufati alium servitium requirere fatiat ad istum alaude, et si hoc facere presumpserit, componat nobis aut posteritatis nostre solidos c. et insuper alium servitium exinde non abeat, nisi quod supra resonat, et nullus orno sit qui istum alaudem possit excamiare in istum conventum. suprascriptum sic donamus istum alaudem ad domum

s. Cucufati, cum exio vel regressio suo. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus hec omnia suprascripta ad domum s. Cucuphati, et post obitum nostrum de me Salamon et Revella unum de filiis nostris sit orno de ipsum abate de domum s. Cucufati, et hanc donado firmis permaneat omnique tempore.

Facia donacione xv. kal. marc., a. ii. regnante Leutarius, rex, filiuin Leudevici regi.

S + m Revella; S + m Salamon, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Altemirus; S + m Goltredus; S + ni Adanulfo.

X Auriolus, presbiter, scripsit ss. die et anuo quod supra.

44.

956, abril 6.

Leta, Teuardo y Seniofredo ofrecen a San Citgat unas tierras situadas en la Roca, procedentes de la testamentaria de Junic.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 42-3 (n.^o xxxvi). — PERAY, *San Citgat*, 105.

A. C. A., Cart. f. 378, n.^o 1097.

In nomine Domini. Ego Leta, femina, et Teuardus et Seniofredus, qui sumus elemosinarios de qd. Junici, quod pro ipsa elemosinam donatores sumus a domum s. Cucuphati martir, quod situm est in comitatum Barch., in Vallense, iuxta vinculo Cerdaniola. Certum quidem et manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullius quoque egentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea nostra hoc elegit nobis bona voluntas, ut ipsa elemosinam aliquid donare debemus, sicuti et facimus, ad predicto domum s. Cucuphati; donamus ibidem pro ipsa elemosinam tarra quod nos tenemus, sicut in nostro iudicio obligatum tenemus ad seriem conditionis, ordinante iudicem. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in Vállense, in terminio de ipsa Roka; qui afrontat ipsa terra: de oriente in terra de Rimulo, femina, de meridie in terra de Leta, femina, et de occiduo in torrente quod exinde discurrit, de circi in terra de Argerico. Quantum in istas afrontaciones includunt, donamus, ibidem ipsa terra ad predicto domum s. Cucuphati ad eius servientes, ab integrum, illic perhenditer abendi, tenendi, vel faciendi exinde quod voluerunt, liberam, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, sicut kanonica octoritas i[u]bet, propter remedium anime Junici, una cum exio vel regresio suo, a proprium. Quod si nos donatores aut ullus homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus predicta terra in duplo cum omnem suam inmeliacionem, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione viii. id. apr., a. ii. regnante Leutarius rex, filium Leudevici.

S + m Leta, femina; S + m Teuardus; S + m Seniofredus, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Gelmirus; S + m Godmar; S + m Johannes, presbiter, ss.

Ss. Adalmirus, presbiter, qui hanc donacione scripsit die ss. et armo quod supra.

45.

955, agosto 22.

Eigón y su esposa Druda venden a Gulmón un alodio situado en el termino de La Vid y en Arañó, por 870 sueldos.

REGESTA: CARRERAS, *Notas*, 29. — BALARI, *Orígenes*, 38, 44, 117, 124, 193, 202, 549, 680. — MAS, *Taula*, 843; *Notes*, iv, 43 (n.º xxxvii).

A. C. A., Cart., f. 149 v, n.º 485.

In nomine Domini. Ego Aigone, et uxori mee Anlo, que vocant Druda, vinditores sumus tibi Gilmon, que vocant Ennego, emtore, per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus tibi alodium nostrum proprium, bene franchum, quod nobis advenit per nostra comparacione, ad me Druda per genitores vel per qualicumque voce. Est autem hec alodium cum ture et solario, casas et casalibus, cum terris et vineis, atque olivetis, cum bosco et garicis, et allis diversi generis arboribus, pratis, pascuis, aquis, cum fontis, regos et caput regos atque subtus regos, mulnars, simul cum ipsa resclosa, et glevar et pedregar, et ipsa riera simul cum omnia instrumenta que molinis pertinent, cum utibus et reditibus, planum simulque et pronum. Sunt namque predicta omnia in comitatu Barch., in terminio de Kastrum Vidde; et affrontat hec omnia: de parte orientis in ipso torrente de ipso Cannedello + qui + est termine de Subiratus et ipsa Vidde, et ascendit in ipsa Penna rubia, sive in ipso Puioalt, vel in ipsa serra qui terminat inter Kastros, de meridie per sumitate de ipsa serra, sive in strata qui pergit a Ssubiratus et ad castrum Vidde, de occiduo in ipsa strata qui pergit ad Kastrum Vide, sive in terra de nos vinditores, et descendit per ipsa Penna in rio Birlas, et ascendit per ipsa resclosa et vadit per caput de ipsa Roka atque in terra de nos vinditores, sive in strada publika, de circi in strata qui pergit a Barch. vel ubique; et in alio loco, ad ipso Araio, ipsum nostrum alodium quod abemus, affrontat: de oriente in terra de nos vinditores et vadit per ipso torrent, de ipso Araio, de meridie in termine de Olerdola sive in terrade Onofret, de occiduo similiter in termine de Olerdola sive de Male Consilio, vel de Ponte Rubia, de circi similiter in termine de Ponte Rubia sive in terra de nos vinditores. Quantum infra istas supradictas affrontaciones indundunt, sic vindimus tibi omnia suprascripta, ab integrum, a tuum plenissimum proprium, cum exios vel regressios earum, in propter precium solidos DCCC. octingentos septuaginta, bene, placibile, et nichil exinde non remansit; est manifestum. Que vero predicta hec omnia de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestatem ad facere omnia quod volueris; et qui contra hanc carta vindicione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindica, set componat hec omnia in triplum cum omnes suas immelioraciones, et in antea hista carta vindicio firma permaneat modo vel omnique tempore.

facta karta vindicionis xi.º kal. set., a. ii.º regnante Lotario rege.

Ss. Aigo, ss.; S + m Anlo, que vocant Druda, qui hanc vindicione fecimus et firmarnus, firmare rogavimus; Ss. Adaulfus, presbiter, ss.; S + m Odesindus; Ss. Ato, ss.

Eygone, sacer, qui hanc vindicione scripsit cum litteras fusas vel superpositas verso primo, vel in tercio sive in nono vel xi. vel in quinto décimo, vel in octavo décimo, vel in xx. vel in octavo ubi dicit "qui terminat" et ss. die et armo quod supra.

46.

956,

septiembre 15.

Danla, con el consentimiento de su mujer Elo, hace donación a San Cugat de dos casas que poseían en Palou.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 43-4 (n.º xxxviii).—AESBICHER, *Étudcs*, n. .
A. C. A., Cart., f. 345, n.º 1008.

In nomine Domini. Ego Danla, donator sum domum s. Cucufati Christi mr. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea mea mihi hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut ad predicto domno donacione fecissem, sicut et facio, de aliquit de proprietatem mea sive et per consensum de uxori mea Elo fecimus ea, id est casas ii una terrada et alia palgiza, cum solo et illorum superpositos, et orto cum arboribus, et pomiferis, et ipsa terra quod ibidem est nostrum proprium, quod est in comitatum Barch., in terminio de Palazolo, quod nobis advenit per comparacione. Et afrontant ipsas casas, et orto, et ipsa terra: de parte circi in terra de nos donatores, vel de Auriolo, et de orientis in ipso regó, et de meridie in térra de Della, vel suos eredes, et de occidentis in rio Valensis. De quantum istas afrontaciones includunt omnia hoc donamus ad predicto domo propter Deum et remedium animas nostras, ab integritate, sive in potestatem ipsius servientes eam tradimus illic peremniter abendi, tenendi et posidendi vel faciendi exinde quod voluerint, secundum channono dio cadricitate liberam, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, ab integritate, cum exio, et regressio illorum, a proprio. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed in primis iram Dei incurrat, et cum ludo Schariodis, et cum Datan et Abiron participen! accipiat, et extraneus siad de omnia loca sanctorum, et de exercicebs christianorum, et insuper comportad hec omnia in duplo ad predicto domo vel ad eius servientes, et ista donacio firmis permanead modo omnique tempore.

Facta donacione x.ºvii.º kal. octub., a. iii.º regnante Leotario rege, filio Leudevici.

S + m Danla; S+m Elo, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus;
S -l- m Dulciclio; S+m Cixila; S + m Argemiro.

X Onespaidos, qui scrixi et ss. sub die et auno quod supra.

47.

956, octubre 16.

Segulfo y su esposa Ermesinda dan a San Cugat la tierra que poseían en Vallirana.

RBGESTA: MAS, *Notes*, iv, 44 (n.º xxxix).
A. C. A., Cart., f. 219, n.º 677.

In nomine Domini. Ego Segulfo et uxor mea Ermesinda, donatores sumus ad domum s. Cucufati cenobii, cuius baselica sita est in pago Barch., in locum que dicunt Octaviano. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et

placet, nullius quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et ex-
pantanea nobis hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut ad predicto domo carta do-
nacione fecissemus de aliquid de proprietatem nostra, sicuti et facimus; dona-
mus ibidem terra nostra propria, culta vel erema, cum arboribus; et est ipsa
terra in comitatum Barch., in terminio de castrum Cervelione, in locum que
dicunt Vallirana. Et affrontat ipsa terra: de oriente in terra de predicto domo
vel in terra de Vivas vel suos eredes, et de meridie similiter in terra de pre-
dicto domo vel in terra de Daniel, et de occiduo in terra de Daniel vel suos
eredes, et de circi in torrente. Quantum istas afrontaciones includunt, sic do-
namus ad predicto domo vel ad eius servientes, ab integrum, cum exio vel re-
gressio suo, ad abere vel facere omnia quod voluerint, in Dei nomine, firmam
abeant potestatem. Quod si nos donatores aut ullusque orno, qui contra ista
donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat, set componat, aut com-
ponamus ipsa terra ad predicto domo vel ad eius servientes in duplo cum
omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis per-
nianeat omnique tempere.

Facta ista donacione x.^ovii.^o kal. nov., a. iii.^o regnante Leutarius, rex.

S + m Segulfo; S + m Ermesinda, qui ista donacione fecimus et firmare
rogavimus; S + m Ennego; S + m Gischafredo; Ss. Oliba, ss.

Auriolus, presbiter, hec scripsit, ss. sub die et anuo quod supra.

48.

957, febrero 7.

*Cultumenda a Mirabilia tierras y casas, más un pozo que poseía en Vallirana,
con la condición de que ella y sus sucesores paguen tasca a San Cugat. No
podrán cambiar de señor ni enajenar dichas propiedades sin consentimiento
del Monasterio.*

BEGBSTA: MAS, *Notes*, iv, 44-5 (n.^o XL).

A. C. A., *Cart.*, f. 219, n.^o 676.

In Dei nomine. Ego Cultumen, donator sum tibi Mirabilia, femina. Mani-
festum est enim quia sic placuit animis meis, et placet, nullus quoegentis im-
perio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea michi hoc elegit bona
voluntas, ut tibi Mirabilia kartam donacionis fecissem de aliquis de proprietate
nica, sicuti et fació. Dono namque tibi ierra mea, cum casas, solos, et super-
positos, et vincas, et arbores diversi generis, simul cum ipso puteo quod abeo
in comitatu Barch., in terminio de Cervilione. Et affrontat ipsa terra: de orien-
tis in torrente, de meridie in rio que vocant Turrilias, de occiduo in ipso tor-
rente, de circi in terra de Languarda vel suos eres. Quantum infra istas
afrontaciones includunt, sic dono tibi ipsas casas et terras et vincas, totum ab
integrum, cum exios et regressios suos: in tale conventu, ut tencas omnibus
diebus vite tue, et dare facias, tu et posteritas tua, ipsa tascha sine fraude et
male ingenio ad domum s. Cucuphatis cenobii, et non liceat tibi vel posteris
tuis, nisi inter se ipsos vindere, nec alienare, nec alium seniore facere, nisi
predicto domo s. Cucuphati, vel abbates ipsius cenobii. Predicta vero hec omnia
de meo iure in tuo trado dominio et potestate, sicut supra insertum est. Quod

si ego donator aut aliquis homo, qui contra ista karta venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componam aut coniponamus tibi hec omnia in duplo, cum omnetn suam melioracionem. Et in antea ista karta firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta karta vii. id feb., a. iii. regnante Leutario, rege.

S + m -Cultumen, qui ista karta fecit et firmare rogavit; S+rn [Se]rvo Dei; S + m Livila; S + m Cixela.

X Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

49.

957, febrero 7.

Ennogo y Flodeberga dan a San Cugat la tierra que dejó en su testamento Mascará, situada en el castillo de Arampruñá, en el lugar llamado el Roure.

REGESTA: MAS, *Notes*, iv, 45 (n.º XLI). — AESBICHER, *Études*, 30, 87.

A. C. A., Cart, f. 262, n.º 808.

In nomine Domini. Ego Ennogo et ego Flodeberga, femina, donatores sumus ad domum s. Cucuphati mártir Christi. Certum quidem manifestum est enim, quia precepit nobis qd. Mascharone per suum testamentum, unde iudicium obligatum tenemus infra metus temporum a serie condicionis editus, ut carta donacionis fecissemus ad predicto domum de sua terra propria, quod habebat voce genitori suo qd. Gontario, sicuti facimus; et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de castro Erapruniano: hoc donamus ipsa terra ad domum s. Cucuphati, ab integre, que est ad ipso Rover, qui fuit de isto Gontario qd. cum suas affrontaciones, et cum exios et regressios, sic donamus ad s. Cucuphato et ad suos servientes. Quem vero predicta terra que donamus ad predicto domo de nostro iure in eius potestate et de suos servientes hoc tradimus, ab integre, ad omnia quecumque facere voluerint, in Dei nomine, liberam abeant potestatem, a proprio. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui contra ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat ipsa terra in duplo, cum sua inmelioracione, et in antea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione vii.º id. feb., a. iii.º regnante Leutario, rege.

S + m Ennogo; S + m Flodeberga, nos qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S + m Pater Domino, presbiter, ss.; S + m Audevagrus, presbiter, ss.; S + m Recosindus, presbiter, ss.

X Petrus, presbiter, qui ista donacione scripsi, et ss. die et anno quod supra.

Antoniano da a San Cugat unas casas y un huerto situados en Gallechs, y otra casa con una mojada de tierra, que tendrá por el Monasterio, pagando cada año un cordero, cinco hogazas y dos sextanas de vino.

REGESTA: HINOJOSA, *El régimen señorial*, 65, nota i. — MAS, *Notes*, iv, 45-6 (n.º XLII).
A. C. A., Cart. f. 373 v, n.º 1080.

In nomine Domini. Ego Antuniano, donator sum ad domum s. Cucufati mr., ubi s. corpus eius qui estat in locum que dicunt Hoctaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut aliquis de proprietatem nostram donare fecissem ad domum s. Cucuphati, sicuti et facio. Dono ibidem casas meas et curtes in tres, et orto que ibidem est, cum ipsos arbores; qui mihi advenit per comparatione. Et sunt ipsas casas, curtes et orto in comitatum Barch., in Vallense, in terminio de Gallecus, in ipso alaude. Et afrontant ipsas casas, curtes et orto: de parte circi in terra Muradello, et de aquilonis similiter, vel in terra de me donatore, et de altano in terra Gontardo, que vocant Bonusomo, et de occiduo in casas et curte et ferragenale de Salamon; et alia casa cum curte et terra, semodiata i. afronta: de circi in terra de me donatore, et de aquilonis in terra Salomon et de altano in ipsa via, vel in terra Félix, de occiduo in terra de me donatore. Quantum in istas afrontaciones includunt omnia hoc dono ad predictum domum s. Cucufati, de meo iure in potestate hoc ti'ado servientes ipsius ecclesie tam presentes quam et futuros; in tale videlice ratione, ut ego et filii mei et posteritas mea, teneamus ista omnia, et per unum quisque annum donare faciamus ad domum s. Cucufati unum agnum optimum et fo{ca}cias quinque et sextarios ii. de vino, et nullus homo serviens s. Cucufati alium servitium require faciat de istum alaude; et si hoc facere presumpserit, componat mihi aut posteritas mea solidos c., et insuper alium servitium exinde non abeat nisi quod super resonat, et nullus orno sit qui in istum alaude possit excamiare in istum conventum superscriptum, sic donamus istum alaudem ad domum s. Cucufati, cum exio vel regressio suo. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componant hec omnia superscripta ad domum s. Cucufati, et post obitum meum unum de filiis meis sit homo de ipsum abate de domum s. Cucufati, et isía donacio firmis pennaneat omnique tempore.

Facta donacio x.ºiii.º kal. apr., a. iii." regnante Leutarius, rex, filium Leudevici regi.

S + m Antuniano, qui ista donacio fecit et firmare rogavit; S + m Alaricus, qui consenciens fuit; S + m Furutio, qui consenciens fuit; S + m Jhohanne, qui consenciens fuit; S + m Wadamirus; S + m Gotmarus; S + m Tadericus; S + m Aimo; S + m Filiolo.

X AURIOLUS, presbiter, scripsi, ss. die et anno quod supra.

•